Moleste fero, quod non licuerit mihi Romae R^dum^ D. Sasboldum coram amplecti: multa enim de insigni probitate et religione tanti viri a multis praedicari audivi, et cupivissem ego quoque aliquo genere officii de illo bene mereri. Litterae alligatae non sunt typographi Coloniensis, sed Antverpiensis, qui queritur novum Breviarium expositum esse omnibus typographis ad excudendum, non sine magno detrimento eorum, qui privilegium à Sede Apostolica obtinuerant. Sed hoc decretum factum est me absente; proinde non teneor de illo ullam rationem reddere. Vale, et me,ut facis, ama. Datum in pago S^tae^ Mariae Maioris, die 26 Julii 1602.

[Munchen. Reichsarchiv. Jesuitica in genere, fasc.19, ns.324. Minute autogr. La première feuille,absente, contenait la lettre au card. "typographi Antverp Coloniensis" ?]